

1978

M

303

[45]









SEQVUNTUR  
QVERELÆ, FLETUS, EPITAPHIA,  
LACHRTMÆ ET SUSPIRIA  
BEATISSIMIS MANIBUS  
ILLVSTRISSIMI COMITIS AC  
DOMINI,  
DN. JOHANNIS  
MARTINI,

Comitis in Stolberg, Königstein, Rochefort, Wernigeroda &  
Hohenstein, Dynastæ in Epstein, Müntzberg, Breiberg,  
Aigmond, Lora & Clettenberg,

*Ingenti Totius Comitatus Stolbergici dolore, Ecclesiarumq̄  
nostrarum & Scholarum luctu die 22. Maji  
Anno 1669.*

Beate in Christo defuncti,

*Ligato, eoque tum Vernaculo, tum Latino  
Sermone consecrata.*

Quibus

Intermixta sunt pia pro

Successoribus

Vota.



G R A B M A H E /

Stehe Still /

# Wanders Mann !

und

Stelle deinen Stab /

Hie bey diesem Grab

in etwas nieder.

Und

Schawe!

Hier

In diesem Stollenberg und Gruffe

Lieget verwahret

Ein herrlicher und gewisser

Stolbergischer Schatz /

den

Kein BergMann

kan

betrüglich haben :

den

Kein Trübsal

machen kan

erheben :

den

Kein scharffes Schwert

kan je

erwerben :

noch

Kein Zeit mit ihrem Zahn

verderben.

O Wunder = Schatz !

die Liebe Gottes

verbarg Ihn sanfft anhero /

Aus der Gefährlichkeit

der Welt /

In die rechte Sicherheit.

A 2

Vor

Vor der Blöße  
Der Eitelkeit  
deckt Ihn  
des Glaubens Gewißheit/  
O sicherer Schutz!  
Dieser Schatz  
hiesse

**Johann Martin /**

dann / ER war  
Ein liebreicher Streiter:  
Ein bewährter Kämpffer.  
ER stritte  
Und  
überwand die Verfolgung.  
Noth und Trübsal  
solche kränkten Ihn nicht.  
Gefährlichkeit  
macht Ihn nicht verzagt.  
Angst  
achtet ER gering.  
Hunger  
ermattet Ihn nicht.  
kein Zweifel  
macht Ihn furchtsam und blöd.  
O Streit mit Bestand!  
ER war gewiß/  
durch den Schild des Glaubens,  
ER stritte/  
durch das Schwert des Geistes/  
In der Hoffnung.  
ER siegete/  
durch die Gedult.  
Sein Panier  
war  
Die Liebe Jesu Christi/  
Auff welche  
ER  
hatte in der Tauff geschworen

Drumb



Drumb

tonne Jhn

Kein Todt noch Noth /  
Kein Leben bewegen /  
Kein Fürstenthumb zwingen /  
Kein Engel beringen /

noch

Ein grössere Gewalt

oder auch

Des Todes Gestalt

Jetzt oder hernach

durch

Hohes oder Tieffes

Droben

oder

Hier unten /

Im Himmel /

oder

Auff Erden /

Ja

Im ganzen Bezirck der Natur /

Durch einige Creatur

abzusetzen

oder sich

abzuscheiden

Von den grossen Liebes Schätzen /

Die uns sind gegeben /

und durch die wir leben /

In dem /

Der da heisset / mit Namen.

AMEN:

**Jesus Christus /**

In welchem

EX

Nun selig ruhet / und sanfft schläffet.

O Sieg / O Fried / O Ruhe!

A 3

Drumb

drumb

WANDERS-DANN!

wünsche und vergönne

diesem Hochseligen Schatz /

diesem Ritterlichen Streiter /

diesem Theuren MAZZIN /

die Ruhe

so Ihme

Sein Heyland gegeben!

Biß du auch

Siegest und Kriegest /

Was dieser ersritten /

In dem

Und

durch den

Der alles erlitten /

Und

durch seine Wunden

Alles überwunden.

Und

Taste ferner nicht an

mit Worten

hier oder

anderer Orten

Diesen hergelegten Schatz /

Biß Ihn

Aus dem Grabe reget /

Der /

So Ihn hieher geleet.

E. L. G. J. St.

CA-

CASTRVM DOLORIS

*Quod*

Beatissimis Manibus

ILLUSTRISSIMI AC GENEROSISSIMI  
COMITIS AC DOMINI,

DN. JOHANN MAR-

TIN, Comitis in Stolbergk / Königstein / Rocheforth /  
Werningeroda & Hohnstein / Domini in  
Epstein / Münsenberg / Breyberg / Digmund /  
Lohra & Clettenberg / &c.

DOMINI SUI CLEMENTISSIMI,

*Qui*

Ingenti Parentium bono

Sceptrum,

Quod per annos gesserat XXXI.

*Ætatis sue Anno LXXIV. placidissimè obdormiscens,*

Lugente Procerum cum Plebe Senatu

*posuit*

*imò*

mutavit,

Ad Regna Sceptraq; vocatus Cœlestia

d. 22. Maji Anno 1669.

Exuviis Corporis

*Solenni vereq; Magnifica pompa*

Mausoléo suo illatis

Prima face

*Die VII. Septembris Anni ejusdem*

*Monumentum perpetuum*

*Obsequii sui cultusq; debitè*

*erexit.*

COMITATUS STOLBERGENSIS.



**Q**uæ non Dardanias Arces suspiria quondam,  
Mifisse ad Superos legimus, malè Pallade prona,  
Palladio amisso? Quæ non Ancilia cura,  
Oracli persuasa fide, Gens Romula fertur  
Custodisse? Tyrus Matetum victricibus armis  
Pressa, fugæ metuens, onerat te, Phœbe, catenis.  
Tum Pollux cum Fratre suo si Castore surgat,  
Irato Cœlo, melior cum sanguine Nautæ  
Spes redit, ac Veneris Cesto spoliata maritos  
Juno fugit tactus. Quidni pulsemus Olympum.  
Singultu gemituq; novo? Mors fraude nocenti  
Palladium rapuit, rapto Hoc, Ancile repertum.  
Hic nusquam est. Voti non ullius ulla catena  
Hunc Phœbum tenuit, neq; amica, furentibus Austris,  
Sidera comparent, hoc nostro Sidere merso  
Lethæis undis. Quæ; quæso, gratia nobis,  
Quid decoris reliquum? Cestum abstulit invida duri  
Vis Lethi: heu! cecidit Patriæ Columnenq; Decusq;  
Heu! cecidit JAN MARTINUS, Comes incla-  
tus, Heros

Herda de stirpe satus. Stolbergica Tellus  
Orba suo moeret Phœbo, tantiq; Patroni  
Auxiliis viduata gemit mæstissima vultu  
Bructeris, excelfo lacrymarum flumina fundens  
Vertice, cum primis fuciq; ignara doliq;  
Ingemit, itq; comes, Funus cornitante Corona  
Virtutum, Eusebie, quæverulis ea vocibus Astra  
Ac votis feriens, num Lingva, ait, illa filescit,  
Sveta Deo tam Sole novo, quàm Vespere laudem  
Dicere? num mæsti precibus non clausa Clientis

Auris

Auris surda jacet? clausa est? Quæ publica dudum  
Pascere mirificè rerum incrementa solebant  
Lumina, solvendis nulla face, Sole tenebris  
Obruta visuntur? Toties miserata misellam  
Ac quæverulam turbam vermes Præcordia rodunt?  
Quæ toties dono non parco juvit Egentes  
Dextera jam cinis est? Gemit Irus & Ætheris ira  
Infensi sibi certa dolet Solatia rapta.

Sed quò, quò tandem, quò merapit impetus audax,  
Ausum stridenti stipula canere arte canenda,  
Mœonia, tanti Herois Laus, Gloria, Virtus  
Andinicalamos Vatis Venusinaq; poscunt  
Barbita, nulla mihi vox aut lyra docta morari  
Flumina & auritas deducere montibus ornos,  
Ad lacrymas redeo, quanquam has suspendere letho  
Parta salus mandat, quid enim? COMES inclutus  
Arcem.

Mutavit, Terras Coelis, Æterna caducis,  
Plurima qui vidit prosperrima, Teutona vidit  
Regna Sagum mutasse Toga, lætante colono,  
Florentem vidit Prolem geminosq; Nepotes  
Brachiolis vidit niveis alludere Canis.  
Hinc animo vegeto, valido quoq; Corpore, denis  
Ac quinis lustris solidis jam pœnè peractis,  
Per placidè curæ & vitæ satur obdormivit;  
Non Podagræ dolor horribilis, non quævera Febris  
Aut Tabes lenta consumsit morte grabato  
Uldos volventem falsis sudoribus Artus,  
Sed cita mors mortis sensum abstulit, abstulit hora  
Vitam eadem, Vitam quæ reddidit, ossaq; dignis  
Heroo Comite exequiis elata quiescunt.

B

Pom-

Pompam hanc funebrem peplo velata migranti  
 Calliope ut vidit, juvit retulisse relatu  
 Dignam & spectatu. Funus prælustre nitenti  
 Inclusum stanno, facibus per longa viarum,  
 Compita dispositis (nam Cælo sparserat Astra  
 Hesperus & sub nube nigra Dictynna latebat.)  
 Arce sua descendebat sub mole gementi  
 Plaustro, ponè seqvens Proles Generosa trahebat  
 Syrma atrum, tum Nobilium Procerumq; corona  
 Et vultu & cultu moerens, præstabat honorem.  
 Fas ut erat, Domino, Mausoleoq; recluso  
 Pridem, suppositis Cervisibus, importabat  
 Atlantem Patriæ, non raro flente popello  
 Ferri humeris, Spes Resq; suas, Solatia, Vota,  
 Ferri humeris, Campana sonat lugubre, remisso  
 Luctifono Puerum cantu, neq; rarus ab ora  
 Finitima Spectator adest pompaq; peracta,  
 Et gravis Orator Svada felice dolorem.  
 Auget & Heroi Nostro laudum ore rotundo  
 Texit, vim vocis populo admirante coronam,  
 Tumq; diu sudo Cælo frustrata Colonos  
 Spes pluvix votum siccaæ telluris adimplet  
 Nubibus & largi manant pro fletibus imbres.  
 Hinc perturbatam latè diffusa per Urbem  
 Concio, Magne COMES, tua, clamitat, Ossa  
 quiescant  
 Molliter, ambrosio Mens Nectare pota fruatur  
 Imperturbata Reqvie, nova gaudia carpens  
 Humanis non visa oculis, jam nubila rides  
 Curarum, qvas Orbis habet, dubiiq; pericli  
 Securus Scythicæ gentis molimina temnis,

Cul.

Culparum vacuas sedes semotaqve turbis  
Regna colens, invictus ovas, ea júbila miscens  
Plausibus optatis, ævi quos nulla vetustas  
Finiat aut minuet, si vel cervicibus orbis  
Illapsus fractusqve crepet, jam parce querelis  
Et planctus, Stolberga, tuos suspende, Senatus  
Seraphici JAN MARTINUS, pars prima tri-  
umphat.

Heroas animas inter positisque molesti  
Corporis exuviis sub plantis Sidera cernit.  
Et quid? quid quereris? Vivit vivetqve Paternæ  
Æmula Virtutis, Suboles, felice capessens  
Sceptra manu. Quid, Morta Caput falce abstulit,  
inquis?

Fallere; mutavit. Damnum cum fœnore sarcit  
Proq; Uno geminos Soles tibi reddit amica,  
Vis Fati, subito casu subducitur Atlas?  
Herculeus præstò est Vertex. Clementia Cœli  
Plebisq; ac Procerum votis æqvissima servet  
Magnanimos Fratres, servet! concordia jungens,  
Quæ spes, quod votum est, Præcordia jugis amoris  
Perpetuo nexu, servet litésq; nocentes  
Ad rigidas Syrtes & inhospita tesqva releget.  
Infraçto solidoq; Salus stet publica talo  
Ac Patriæ Decreta bono curasq; Regentum.  
Susceptas facili nutu fortunet Olympus.  
Tu verò assumtis Famæ pernicibus alis,  
Laudes *Illustris Comitissæ* super æthera vecti,  
Differ, quæ prodit Titan, quæ mergitur undis,  
Hercynis, ac memori descriptum cortice Nomen  
Najadesq; jube memorent Dryadesq; puellæ.



**H**eroum lachryma conspergere Mausolea  
Tot, tantis meritis Gloria parta vetat,  
Parce etiam, JESU Requies quæsitæ Cruore,  
Parce Elegis, inquit, flebilibusq; modis.  
Ast te, Nostra Themis, memorem te Juris & æqui  
Heroi Comitæ Funera flere juvet:  
Nam prono Stolberga favens te prima Vocatu,  
Curis admovit consiliisq; suis,  
Non unâ ornatam Lauro Stolbergica junxit  
Auleq; & lateri te Generosa Domus  
Haut igitur quaquam Comiti, cui debet honorum  
Primitias, lachrymam mœsta Thalia neget,  
At quid? languenti languet mens corpore, Vena  
Languet & ad cantus jam minus apta silet.  
Officium explebo Voto, placidè Ossa quiescant.  
Enthea mens cœlo Gaudia carpat Ovans,  
Paci cedat Eris, proles Heroica Vivat,  
Vivat & æternis floreat aucta bonis!  
Vestris, ceu debet, sceptris, Heroa propago,  
TITIA servitium spondet jure Themis.

In æternæ Devotionis & Gratitude  
signum appon.

**JOHANNES TITIUS D.**  
Cancellarius.

Protinus



**P**rotinus ite joci, nostris secedite tectis  
Gaudia, & ingenti questu Stolberga resulta,  
Suspira, luge, atq; stupe: Inclementia mortis  
Opprimit Heroem, Cui rebus adesse vacabat  
Non nisi permagnis: columen cadit! occidit Atlas  
Sedis ad hercyniam illustris! Ceu bestia seva  
Cur furis in Dominum Tantum mors nescia legem?  
Prob subitum fatum! quem non bellona, furores  
Martis, nulliq; insultus stravere, minaces  
Hunc mortis stimuli crudeli funere pungunt.  
Heus gemitus, mea quæso madescite fletibus ora!  
Et mea lingua rige, cor nunquam hunc excute luctum.  
Omnia jam luctu miscentur, nil nisi mæror  
Nil mihi, nil præter solum meminisse relictum.  
Sed cohibe lacrymas, tumulumq; onerare querelis  
Desine, non cecidit sine lege, hæc omnibus una est:  
Mors certò sequitur veteris contagia culpa.  
Nec periit, præiit nos Clementissimus Heros  
Ad superos, ingressus summa palatia cæli, &  
Fortibus in Natis vivit Fortissimus Heros:  
Dic te felicem ter & amplius atq; beatum  
Quod Deus abstulerit Dominum, qui scepra tenebat  
Reddideritq; Idem patriæ fortissima fulcra  
Tantam humeris æquo portantia robore molem,  
Inq; preces gemitus verte, ut benedicat Jova  
Consiliis Heroum Illustribus atq; Ministrum.

lug. fac.

ALBERTUS GÜNZELIUS,

Superintendens.

**S**iccine in hac vitâ datur haut discrimen & ordo  
 Inter Adamigenas, quotquot hic orbis habet?  
 Siccine in hoc mundo qua mortem exceptio nulla  
 Competit Illustri Nobilitate Viro?  
 Scilicet expectanda dies est ultima cuivis,  
 Nullius est & erit mors superanda manu;  
 Hæc altas Regum Turres inopumque Tabernas  
 Æqvâ calce suâ pulsitat atque pede:  
 Hæc parcit nulli, nec fulvo flectitur auro  
 Nil ferrum atq; *Chalybs*, nilq; metalla juvant.  
 E *Chalybe* immo licet sint alta cacumina montis  
 Mors tamen hæc frangit, discutit, atque tenet.  
 Illustris Stolberga domus testatur id ipsum  
 A *Chalybe* excusso Nobile Nomen habens:  
 Nec certè Lachésin potuit Mons flectere duram  
 Durus, sed scissus conditione pari:  
 Nec Dominus Montis fremitus fuit hujus inexpers,  
 Dum montem subitò deserit atque fugit;  
 Scilicet Insignis, Generosus & inclytus HEROS  
 JAN MARTIN cecidit, Maxumus iste Comes  
 HEROS clementi populum gravitate gubernans,  
 Qui Pylios annos vivere dignus erat.  
 Hinc meritò luctu turbantur mænia mæsto,  
 Et Stolbergiacæ Splendida Tecta domus;  
 Hinc filet omne nemus, flent Montes, saxaque dura,  
 Et squalent Valles, flumina, Prata gemunt;  
 Ergò quis vitio mihi vertet, Carmina Musæ  
 Tristia si dicunt, si querulosque modos?  
 Me complexus enim fuit Illustrissimus Heros  
 Gratiâ, & in numerum à Consiliis retulit.  
 At fuit in fatis, fuit hæc divina vóluntas,  
 Quam persistentem vertere nemo potest;

Stolberg.  
 q. Stal-  
 berg/ ita  
 etiam legi-  
 tur in anti-  
 quis Scriptis.

Claudite

Claudite quapropter lugubria carmina Musæ,  
Et voto Tumulum jam decorate pio;  
Molliter objectâ requiescant ossa sub umbrâ,  
Dum summo redeunt hæc rediviva die.  
Voto addo votum, vivant DUO MASCULA FULCRA  
Brachia & extendant fulgida ad astra Poli.

*Maximissimo animo debita observantia ergo hæc  
proponere voluit & debuit*

Joachimus Huldericus Amthor /  
Consiliarius Stolbergensis  
Aulicus.

Sonnet.

**D** sülle so bald das Haupt/ als die geringsten Glieder/  
Das Haupt/der Vater fülle/den liebe Land und Stade  
Auch dessen Regiment/ und grosse Tugend & hat  
Man Himmel-hoch erhebt/ dem man setzt hin und wieder  
Die Ehren Seule setzt/ ach leider! Leget nieder  
Den Stepter/ nimm den Sitz da/ wo der hohe Rhac  
Der Außertwehlet sich stets hingesehnet hat/  
Da wo man nicht mehr hört Klag-oder Trauer-Lieder/  
Zhr Nymfen trage herzu das/ was nach Pestus reucht/  
Und schmückt die Ruhesstatt: Zhr hellen Steine weiche  
Und gebt dem Rhume Platz. Du aber ledner Götter  
Und Haupter Haupt und Götter/ verknüpft in Einigkeit  
Der jungen Herrschafft Herr/ wend ab Leyd/ Meid und streit.  
G Du sey der Obern Schutz/ des Landes Hülf und Ketter!

Solches hat unterthäniger Schuldigkeit  
nach setzen sollen

Peter Müller/ beyder Rechten Licentiat,  
und Gräffl. Stolberg. Hoff-Justitien-  
und Consistorial-Rath.

PA-

PATER PATRIÆ,

Quondam Clementissimus

nunc

BEATISSIMUS,

Cum in præfenti orbe de falute animæ certus effer

Paulinô fuffultes folatiô

Rom c. 8.  
verf. 38. 39.

(cujus breviarium metrici pandunt apices)

pridem

per mortem beatam

ad beatas hinc emigravit fedes,

ubi beati ævô fruuntur fempiternô,

hinc in ultimô mortis & vitæ confictu quondam

confitutus

SEMETIPSUM

Sic affatus effer :

**H**Oc fcio, nil quicquam quod ME fejungat ab aſtris,  
Non inſtans, neq; venturum, non ſumma nec ima,  
Non vitæ robur, non inclementia mortis.

Spiritus ætherius, nec qui dominatur Avernis,

Non Orbis ſplendor valeant ME avellere JESU.

Sed nec quisquam alius potis effer ME excludere amore,

Quô DEUS in CHRISTO diftentum amplectitur  
orbem.

Si ternos ſaltem cœleſti fede beare

JOVA velit, ternis quis ME diſjunget ab illis?

Hâc ſpe linquo aulam pergens ad cœlica regna.

Debitæ ſubjectionis ergo  
f.

M. JOH. CASP. HESSIUS,  
Eccleſ. Kelbr. Paſt. vicin. Inſpect.  
& Conſiſtorialis.

Eſt



**E**st donum eximium longam traducere vitam,  
Et decorare solet vita probata Genus.

En tali dono fruitur Stolbergica Sedes:

En tali ornatu iam viget alma Domus.

Nam Mosis metam tetigit Stolbergicus Heros

JANNES MARTINUS, dum sua fata subit.

Quin tetigere Patres, tetigit quoq; Frater, ut ætas

Senior ac gravior curvet agatq; senem.

Det Deus, ut sit perpetuum maneatq; perenne

Stolbergæ Dominis, vivere pace diu.

Servet & incolumes GNATIOS, par nobile Fratrum

Quos studium concors junxit & unus amor,

Oscula quò figant sub eis pax, jus, pietasq;

Et semper vigeant Curia, Templà, Scholæ.

Donec ad extremam metam veniant, precor, atq;

Vivant æternos post sua fata dies.

*In debite subjectionis & honoris*

*signum apposuit.*

JOHANNES GÖTZIUS, Pastor  
Neostadii & Hartzungen, &  
vicinarum Inspector.

**C**

Munitif-

Eccc



Munitissimum  
*Divinae dilectionis*  
CASTRUM  
*Illustrissimo Comiti ac Domino,*  
DOMINO  
JOHANNI MARTINO,  
Comiti à Stolberg, Königstein, Rochefort Wer-  
nigeroda & Hohenstein, &c.

*Domino suo*  
heri clementissimo,  
hodiè beatissimo

*In subjectissima obedientia signum ex textu  
funebri erectum*

M. NICOLAO BÖTTICHERN,  
Eccles. Stolberg. Archi-Diacono.


U T tures fortes & propugnacula bello  
Tuta tenens clypeos ridet Dux ære micantes,  
Et male-suada fames nî sede recedere cogat

Non incendia, non timet ulla pericula vitæ:  
Sic nimum dilecta Deo quassabile nullo  
Arjete, CASTRUM anima est, aut expugnabile ferro,  
Curarum hinc secura, & sub munimine amoris  
Divini tuta, objectat Se mille periclis,  
Pasta Dei verbo, precibusq; armata resistit,  
Hosti perversis armisque virisque superbo,  
Afflictisque audet Jovæ confidere rebus,  
Et nunquam rumpi divinos sperat amores  
Ima licet summis adversus misceat hostis,  
Et nisi paruerit, mortem & graviora minetur.

Ecce



Ecce omnes hostes stravit fortissimus HEROS  
DE STOLBERG Jovæ dilectus, hiantis averni  
Contemnens strepitus & inexorable fatum,  
In solo CASTRO DIVINI tutus AMORIS.  
Nunc felix anima humanis defuncta periclis,  
Labis pura, Deo se jungi nescia, gaudet  
Pace suâ, à sævo armorum strepituq; quiescit.  
Dum nox nulla, dies nulla amplius, eja quiescat,  
Æternumq; Dei secura fruatur amore!




ELEGUS!

**M**agnates quot verba ferunt, tot pondera rerum!  
Nec trahit in dubium docta caterva thesin:  
Fraudibus expositus juveni quam tempore sanxit,  
Cui Diadema tamen sorte locante stetit.  
Induperatorem ne latum cedere Patri,  
Qui vero patrios sistit amore modos.  
Quis neget, exemplis ubi res clarissima prostat,  
Summus & ipse Pater condit in Urbe Patrem?  
Floreat AUGUSTUS tanto cognomine, sub quo  
Nostra Salus animæ, natus ab axe DEUS.  
Et Comes Illustris clarvo moderante solatus,  
Ultimus à titulo non fuit Ille Patris.  
Ille salutandus patriæ Pater, optimus Ille,  
Cujus in ore lepos, pectore Patris amor.  
Et divisus: enim quot habet Stolberga Clientis,  
Tot benefacta notant, & mea Musa Patris.  
Nullus ad Hunc aditus summis preclusus & imis,  
Subdita quodque decus vexit ad astra cohors  
Et merito dignâ decorandus Laude Laborans,  
Ipsam clementi mente referre Deum.

*Suntque Dii qui summatenent fastigia rerum,  
 Moribus ab æquis exhibuere Deos.  
 Quàm benè jam Patriæ Clementi Patre superba,  
 Tàm malè, quum Tanti tristia damna dolet.  
 Pro' ergò Fatum! casum! Lernamque malorum!  
 Quod viduata bono Patria Patre jaces.  
 Ast, annon mirum? qui Clementissimus audit,  
 Clementi rapitur non benè morte Pater!  
 A Domino factum! noxæ mutata figura est!  
 Unde tua in Lacrimas barbita solve meras.  
 Sed modus! ingentis curarum molis Atlantem  
 Subleuat, atque Patris pondus imago capit.  
 Qui pietate Thronum docti stabilire Paterno  
 Signa dabunt animo: jam superare Patrem:  
 Induat unde Novos Virtus Divina Regentes!  
 Et patriæ cingant cœlica castra Patrem!*

*Hæc summissæ supplicis Deo  
 ergò*

*Johann Michaël Haccius, D. S.*


  
**E**n! CoMes à StoLberg, Patriæ Pater In CoLa CœLI  
 sIC noVVs est faCtUS, fata beata tenens.

*Hæc paucula ultimi Honoris, debite  
 Gratitude, & suprema Obser-  
 vantia ergò, erga DOMINUM  
 suum clementissimum nunc bea-  
 tissimè defunctum lugens, Tilled.  
 erexit*

*Johannes Fahrenbruck, Pastor  
 emeritus ibid.*

*Anno ætatis, 68. Ministerij 43.*

*Trossa*





# Trost-Schrift

an

Das Hauß Stolberg/

**D**u siehst du altes Hauß von Hohem Stamm und  
Blute  
Wie siehst du trübe aus / wie ist dir denn zu Muthe?  
Steht nicht dein edler Hirsch im schwarzen Trauer-Feld?  
Wie traurig gehe ihm nach so mancher kühne Held.  
Doch fällt kein Sperling hin / ohn Gottes Gnaden-Willen /  
Denselben muß er ja mit seinem Fall erfüllen.  
Solt denn ein grosser Geist nicht theur'r geschätzet seyn  
In seinem hohen Ampt / als kahle Vögelein?  
Sieng gleich sein hoher Flug / schnell durch die blauen Lüfte /  
Und schloß der Odem ein / den Gang in seine Hüfte /  
So löste Er dem Geist / die Bande alter Last  
Er schaffte Ihm die Ehr / die Freyheit / Ruh und Rast.  
So war uns dieser HERR / aus unsern Augen gangen /  
Der Bot citirte so den Joseph mit Verlangen  
Für seinen König hin und zeigte Ihm die Ehr /  
Sein König ihn empfing und schenckte Ihm noch mehr.  
Das ist / Er war gewiß / daß weder Tode noch Leben /  
Noch Englich Fürstenthum / die Liebe könt aufheben.  
Drauff setzet man den Fuß und wetchet nicht davon /  
Die Glieder Christi Reichs / gelangen so zur Cron.  
Halt inn du hohes Haus mit deiner Klage-Thönung  
Du siehst an einem Theil des Seligen Bekrönung  
So ist der duppelt da / der weisen Sinn erweist  
Im Regiment auch schon den grossen Schöpffer preist.

M. Johannes Henricus Hempel,

Pastor zu Köstla.

C 3

E III-

# EPITUMBIA

SISTE VIATOR GRADUM,  
SI MORTALITATIS SCRUTATOR,  
SI IMMORTALITATIS AMATOR,

MEDITARE  
AUREUM PECTUS  
STANNEO IN DOMICILIO:

COELI FILIUM  
IN SINU TERRÆ.

HERI HIC FUIT QVOD TU ES HODIE,  
EST HODIE QVOD TU CRAS ERIS,

QVI NATURÆ SOLVIT  
QVOD TIBI SOLVENDUM RESTAT:

COMES COMIS HEU MORTIS JAM COMES,  
ILLVSTRISSIMVS  
DOMINVS,

DN.

IOHANNES MARTINUS  
COMES IN STOLBERG, KÖ-  
NIGSTEIN, ROCHEFORT, VVERNIGERODA  
ET HOHNSTEIN: DOMINUS IN EPSTEIN,  
MUNZENBERG BREUBERG AIG-  
MOND LOHRA ET CLET.

TENBERG.

GENUIT QVEM CHRISTOPHORUS,  
REGENUIT IPSE CHRISTUS.

NATUS GEUDERÆ IN VVETTERAVIA,  
NATUM CUM BELLUM REGE MATTHIA DUCE  
PANNONICUM AC HUNGARICUM.

ILLE

UT GENEROSÆ GENTIS,  
SIC GENEROSÆ MENTIS,  
AVITAM GLORIAM AUCTAM  
REDDERE PARATUS;

IN

IN AULA IGITUR PRINCIPIS  
PRINCIPES VIRTUTES  
OBSEQVIO DISCERE ATQVE EXEMPLO DOCERE  
SIMUL COEPIT,  
DUM IN AULAM  
SERENISSIMI AC REVERENDISSIMI  
DOMINI  
CHRISTIANI WILHELMI,  
COMITIS MARCHIÆ BRANDENBURGENSIS  
POSTULATI ADMINISTRATORIS MAGDEBURGENSIS  
SE RECEPIT.  
EXCURRIT CUM HOC AD BELLUM  
PRINCIPI ILLI MINIME BELLUM,  
CUJUS PRÆLUDIA IN DIANÆ LUDO ANTEA INSTITUERAT,  
MARTINUS IBI MARTI  
ANIMO SERVIT MARTIO,  
SIC DICATUS, MILITIÆ,  
UT ABDICATUS MALITIÆ,  
NOBILIUM STRENUUS ANTESIGNANUS BELLATORUM  
MOX TAMEN  
THORAX DISPLICET, PLACET TORUS;  
A MARTE AD MYRTUM  
VENIT,  
ELIGENDO AC DILIGENDO  
ILLUSTRISSIMAM  
DOMINAM,  
DN. AGNESAM ELISABETHAM,  
COMITEM BARBIENSEM AC  
MULINGENSEM,  
O FORTUNATUM CORCULUM!  
OB PROGNOTUM PULCHERRIMUM THALAMI  
QVADRIFOLIUM;  
DE CUIUS BINIS, QUAE SUPERSUNT FOLIIS,  
RARA ET CARA VIRTUTE FLORENTIBUS,  
HUMILLIMA SUBJECTIONE NOBIS GRATULARI HABEMUS.

INTERIM  
SALVUS CUM FAMILIA SALVA,  
IN SYLVA NOSTRA APPULIT HERCYNIA,  
PLAUDENTE CHERUSCORUM GENTE;  
PARENTIQUE ILLUSTRISSIMO  
SUCCESSIT

*IN REGIONE PARITER AC RELIGIONE;*

VELUT  
SPLENDIDUM PIGNUS SUPERUM:  
NOBILIS RAMUS MAJORUM:  
*PATER PATRIÆ,*  
*TUTOR ECCLESIAE,*  
*CURATOR CURIAE,*  
THRONUS GRATIARUM,  
PATRONUS MUSARUM,  
HOSPITIUM PAUPERUM AC DELITIUM.

*TANDEM*

NATURA DEFICIT,  
STRUCTURA VERGIT,

SPIRITUS  
CORPORE EXUTUS  
CHRISTO INDUTUS,

E TETRA TERRA ABIT,  
SEDES BEATAS ADIT.

*ET ITA*

IN CURRENTIS ANNI FERE MEDIO  
VIÆ FINEM VITÆ VERO INITIUM  
FACIT.

*CAPE TIBI HOC VIATOR,*

*MEDITARE*

HOMINIS MORTEM,

AC

NUMINIS SORTEM,

VADE AC VALE.

*Lugubri mente ac manu posuit*

M. Daniel Grüzmann / Poeta Coronatus

Pastor Bennung. ac Wikkerod.

A & Ω.

A & N.

J E S U S !

Johann Martin Graff zu Stolberg.  
durch einfache Zahlen/ eins ausgeschlossen/  
Je! ER ist würdig einer Ehren-Seule.

✻ ✻ ✻

Eusebie

Auf/auf mit deinem Chor  
und stimme KlageLieder an/  
leg an den schwarzen Trauerflor!  
Welpose greiff die Trauer-Saiten/  
hinweg/hinweg! mit allen Fröligkeiten,  
herbey du Stad-und Landes-Mann!  
ach laß doch jetzt die Augen Thränen pressen;  
denn/ leider! was für schmerzenvolle Wunden  
sind uns geschlag'n zu diesen Stunden/  
bedenk' es wohl/ sey unvergessen/  
ach! unser Haupt un' Landes-Cron/  
ach unser gnädiger Patron  
Schütz und Gewinn  
ist nun dahin/

Ach daß doch solche Herren müssen sterben!  
Du Musen-Schaar kömm hilf mir dichten  
Laß uns dem werthen GÖTTER Sohn  
In unserm Land' und Helicon  
Die Ehren-Seul' auffrichten!

Die keine Zeit noch graues Alterhumb /  
Viel weniger des Ratter-Kindes bellen/  
Kein Sturm und Donner-Keil kan fällen.

Ist unser GRAFF und HERR gleich hier gestorben /  
O drum gar nicht verlohren noch verdorben /  
Hinauff ist ER nach Sternenburg gelangt  
A lwo ER lebt in GÖTTES Gnaden-Schooß.  
N un trägt ER davon die güldne lebens-Crone  
N ach Kampff und Streit zum Sieges-Lohne /  
M it Paulo ER ist aller Sorge loß /  
A n Klar- und Herrligkeit ER pranget.  
Ruh/ Ehr/ und himmlisch Leben/  
T riumph und Steg hat JESUS Ihm gegeben/  
I n dessen soll dein Name nicht vergehn  
N och deine Frömmigkeit / so lang die Welt wird stehn /  
G E A U B / N O T H H U N G / I J E S U S /  
R eiß Alto JHM in schwarzen Marmorstein  
A uffs aller schönste / mit Diamanten ein /  
F ür aller Welt erhebe seinen Namen  
Z ur Dankbarkeit / biß an des Himmels Achsen  
U nd schiff JHM bey der Post den Samen /  
S o wird alsdann sein Ruhm im Tod auch wachsen /  
T raun! ER ist werth der Ehren-Seule!  
O höchster GÖTT! erhöre doch mein Flehen  
L aß uns ja nicht dergleichen Leichen sehn  
B au und ersege doch den Riß in unserm Lande /  
E rfreue wiederumb das Stolbergische Haus /  
R üst es mit Salomo an Weißheit aus /  
G ib Glück und Heil zu seinem neuen Stande!

Text. Fun.  
Roman. 8.  
v. 38. & 39.

Dieses geringe / setzte zum Ehren-Gedächtniß  
des Hochsel. Landes-Herrn

Balthasar Heilmann Vnther/ Ieslaer Zeit  
belegester Pfarrer v VLLDa.

A & Ω

In Beatissimum Obitum & Abitum

*Per-Illustris & Generosissimi Comitis & Domini,*

DOMINI

JOHANNIS MARTINI,

Comitis à Stolberg, Königstein, Rochefort Wernig-  
roda & Hohenstein, DOMINI in Epstein/Mün-  
zenberg/Breyberg/Aigmont/Lohra  
& Clettenberg/

DOMINI SUI GRATIOSISSIMI,

Carmen Lugubre seu Epicedium:

בְּאֵת בְּשִׁלּוֹם הַשָּׁמַיִם  
רָאוּ לְאֲדָרְתִּי עֵינַיִם :  
בְּאֵת אֶסּוֹף הַצְּרוּתִיךָ  
לְקַחְתָּ אֶת־ שְׂמֵחוֹתֶיךָ :  
שָׁבַע שְׂמֵחָה אֶת־פְּנֵיךָ  
נִצַּח נְעִים בְּיַמֵּיךָ :

f.

Johannes *Francke* Butstadio Thuringus,  
& p. r. Pastor substitutus VVolffsb.  
& Breitenb.

F I N I S.

s,  
b.








Kapsel


78M 303

(45)



V017





SEQVUNTUR  
QVERELÆ, FLETUS, EPITAPHIA,  
LACHRYMÆ ET SUSPIRIA  
BEATISSIMIS MANIBUS  
ILLVSTRISSIMI COMITIS AC  
DOMINI,  
DN. JOHANNIS  
MARTINI,

Comitis in Stolberg, Königstein, Rochefort, Wernigeroda &  
Hohenstein, Dynastæ in Epstein, Müntzberg, Breiberg,  
Aigmond, Lora & Clettenberg,

*Ingenti Totius Comitatus Stolbergici dolore, Ecclesiarumq̄  
nostrarum & Scholarum luctu die 22. Maji  
Anno 1669.*

Beate in Christo defuncti,

*Ligato, eoque tum Vernaculo, tum Latino  
Sermone consecrata.*

Quibus

Intermixta sunt pia pro

Successoribus

Vota.

0.47  
137 W